

lamo scriptus et rubricis permixtus est *Breviarii Rom.* Pars prior five *biemalis*, pertingens a *Dominica I. Adventus* usque ad *Sabbatum sanctum*, ita, ut primas teneat Officium de Tempore, *fol.* vero 205. sequatur Officium de Sanctis in particulari et communi, demum *Hymnarium* de Tempore extremum fit. Praeit Modus ordinandi Officium, in quamcunque Hebdomadae diem *Vigilia Natalis Domini* inciderit. Ceterum nihil occurrit, quod notari mereretur, ne quidem, ad quam Patriam, aut Ecclesiam referri Codex possit.

DCCCLXXXVIII.

R. 354 Codex membranaceus germ. Sec. XV. Folior. 233. f. max. caractere luculento atro perscriptus, coloribus illustratus et fronte deaurata et picturata totum Chori officium, quod vulgo *Breviarium* dicimus, complectitur, usui, ut videtur, sacri cujusdam Collegii Virginum subserviens. Praeit Calendarium, in quo Epiphania *der Prechem tag*, Adsumtio B. V. M. *Vunser Frauen scheidung* adpellatur, Festa duplicia primae classis *Große Hochtzeit*, secundae vero *Mittre Hochtzeit* audiunt; 24. Apr. *Sandt Jörg martner*, et 11. Dec. *Erhebung Sand Jörg* duplicia primae classis sunt, *Domitianus*, et *Vitus cum Modesto* et *Crescentia*, item *Rupertus*, ejusque *Translatio* minio insigniuntur. Atque haec ad D. *Georgii* Parthenonem in inferiore *Carinthia* ad longum *Lacum* fitum O. S. B. nunc

abolutum ducerent, nisi Insignia hujus Parthenonis, quae in *Valvasorii Topographia Archiduc. Carinth.* p. 60. exhibentur, prorsus abluderent ab iis, quae in fronte Codicis nostri visuntur tribus Scutis constantia, quorum superius et majus Crucem rubram in area alba florulenta, ex inferioribus minoribus dextrum Monachae nigrae *πρωτομνη* in rubra area refert; finistrum vero quadrifariam sectum nigrum est solo quadro superiore dextro albo. Breviarium porro ita comparatum est, ut primum habeantur Officia de Tempore per anni circulum, dein eadem ratione de propriis Sanctorum Festis, tum de Communi SS. Hymni vero totius anni coronidem imponant. Translationis specimen dabo e *fol.* 157. ubi *Leß. I.* de Conceptu B. V. M. ejus ab originali labe immunitas ita docetur: *Es ist halt etwas wunderlicher an got, das sy heilige ist empfangen. wenn das sy heilige ist geporen. Wenn an (praeter) sey sind all menschen empfangen chinder des zornes. Aber an sey sind auch ettleich heilig geporen. Davon ist pilleich das von einem yeglichen glaubigen die hochtzeit (Festum) werd wirdigleich gehalten damit der mensch verdient, das er nicht ungeert wirt in seim stand. Davon werden ungeert all die aus plindigkeit des vnwissen die heilig hochtzeit nicht löbleichen erent. In der vns getzaigt ist der spiegel der heilig machung vnnsers sel. In dem als der beschaffer aller ding bewt hat beschaffen die seel seiner*

2133

LITURGICI.

2134

seiner auserwählten mueter. Vnd die fürchömen hat mit seinen genaden an (sine) all sünd. Vnd hat sey veraint dem leichnam an alles mail der angeporen sünd. Dabo etiam Hymnum Completorii e fol. 223. p. 2. Dich vor dem enndt des liechts schöpfer aller ding pitten wier das du mit der gewöhnlichen mildigkeit seist vnser bischof zu der buet. Herr von vns weichen die trawm vnd der nacht all gespenst vnd vnser veint vnterdruckt das die leichnam icht gemailigt werden. Got dem vater sey glori vnd auch seinen ainigen sun mit dem heiling geist troster vnd nu vnd ymmer ewigleich. Amen.

DCCCLXXXIX.

R. 2157 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 72. f. max. caractere praegrandi, crasso exaratus, coloribus illustratus, et quibusdam elegantibus Initiorum picturis ornatus *Psalmodyam Horarum* canonicarum a *Prima* ad *Vesperas* complectitur, cui accedunt *Cantica* et *Hymni* iis Horis respondentes, praefixo ubique Schemate notis musicis expresso. Cui Ecclesiae deservierit, non exprimitur; adpietus tamen pag. I. visitur sanctus quidam Episcopus, et alter, quem, quod Agnum libro infidentem defert, *Jobannem* Ap. et *Evang.* interpretor. Interim Literae Initiorum proxime ad eas accedunt, quibus Alumnus *Carthusiae Brunensis* in sua, quam dedi, *Chori Psalmodya* a. MDV. usus est. In *Denis Codd. Theol. V. II. P. III*

anteriore Theca supereft primum *Calendarii Quadrimestre*, e quo tamen nihil eruas.

DCCCXC.

Codex membraneus lat. Sec. R. 2183 XIV. Folior. 161. 4. luculente et eleganter exaratus, coloribusque illustratus *Capitulare* et *Orationarium* est *Officio Chori de Tempore* et de *Sanctis* per annum deserviens, cuius *Προλεγόμενα* recensenda sunt. Initium a *Calendario*, e cuius *Januario* mox *Codicis Autorem* adgnoscas; ad diem enim 27. anno 1583. notatum est: *Anniuersarius Omnium progenitorum, propinquorum, notorum, Benefactorum, fidelium: Serenissime ac Illustissime Domine Domine Elisabethe, bis Regine: feria secunda proxima post Dominicam Circumdederunt; in Septuagesima. Ad 10. Junii* legitur *Anniuersarius domini Hainrici Junioris De lipa*; nam Senior Vir potens et *Moraviae* Promarchio adtributis *Coenobio Brunn.* ab *Elisabetha* fundato *Bonnis* sepulturam sibi suisque ibi delegerat a. 1329. defunctus. Ejusd. 21. ut jam in alio Opere *Psalmodyco* retuli, *Obiit Inclitus Wenceslaus rex boh.* cui a manu, quae *Januarium* notaverat, additum: *Anniuersarius Principum Dominorum: Venceslai ac Rudolphi Boh. et Polo. Regum: et Domine Elisabethe Conthoralium. Ad 3. Julii: Obiit generosus rudolfus rex bobemie. Ad 28. Augusti: Anniuersarius ducisse; sed cuius? Ad 19. Octobris: Anno Domini M^o CCC^o*